

IOANNIS
SAPORTAE
LL. DOCTORIS
TOLOSANI,

TRACTATUS MORÆ
facili methodo in compendium
redactus.

Haic præterea accessit, non minore diligentia, vel arte
compositus Liber Collationis honorum, ad reue-
rendiss. in CHRISTO Patrem, D. Io. à Ma-
lo Leone, Episcopum Conuenarum
dignissimum, cum indice.

IN VIRTUTE



ET FORTUNA.

LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium,
Sub scuto Veneto.

1550.

num. 42. cap. 2. num. 12



Coll. Soc. I. B. V. Salm. ex dono P. Eggen

AMPLISSIMO
INTEGERRIMOQUE
ANTISTITI, IOANNI
A' MALO LEONE, EPISCOPO
CONVENARVM NOBILIS-
SIMO, IOANNES A'
SAPORTA
S. D.



*V*M POST ALI-
quot annos, quibus publica le-
ctioni incubueram, me forensi-
bus causis addixissem, Antist.
illustriss. Ut studiorum meorum
fructum, exercendis litibus in
amplissimo hoc Tolosano Sena-
tu agnoscerem: non licuit insti-
tuti mei rationem felici, ut cum Iuriconsulto loquar, diplo-
mate persequi. Coactus enim sum, vix Senatum ingressus,
me inter privatos parietes continere, ut commune civitatis
huius infortunium, iam satis in dies ingrauescens, deuitare,
quo ferè biennium pestifero hoc & infelici tempore torque-
tur ciuitas, non sine summo, vel literatorum, vel qui ignobi-
les artes tractant, incommodo & iactura. Ego ne interea
otio torperem, ad studia legum priuata, suauitatemq; philo-
logicam me contuli. Quae cum menses aliquot gratissima, vel
ab ineunte aetate optatissima fuerit, tum hoc maxime quod
animi tranquillitate liceret, nunc vel Vlpi. vel Paul. ac re-
liquos Iurisprudenciae Coryphaeos suspicere, nunc scripta no-
stra, vel multis iam annis in hoc percelebri gymnasio edita

IOANNIS SA-

PORTAE, LL. DO-

CTORIS, TRACTA-

TVS MORAE.



CONSCRIBENS
Moræ insignem tra-
ctatum, variisque iu-
ris tenebris obuolutū,
faciam, vt potero, ma-
nifestā doctrinā enar-
rans, vt nota sint sin-
gula moræ præcepta:

veluti refert Herennius Modestinus in l. j.
ff. de excus. tut. Quatuor solummodò ca-
pitibus agendum est, quibus qua licebit fa-
cilitate, difficillima queq; perstringā: quò
dilucidius intelligi possint quæ à veteri-
bus confusè satis, & inordinatè tractata
sunt. vt simili exemplo docet Paul. in l. j. ff.
de doli mal. & me. excep. idem in l. Caius.
§. Titius. ff. de lega. ij. Primùm igitur in-
quirendum est Mora quid sit, & quotu-
plex. Secundum, quemadmodum cōmit-
ratur. Tertium, qui sint Moræ effectus.

A iij

IOANNIS SA-

PORTAE L. L. DO-

CTORIS TOLOSANI, TRA-

CTATVS COLLA-

TIONVM.

*



QVI HACTENVS collationum materiam Iusque conferendi perstrinxerunt, non parum videntur operis grauitatem, legumque ænigmata admirati. Nec id sanè iniuria fecisse existimo, partim non leui iurium obscuritate impediti, partim etiam magna & penè admirabili legum varietate & repugnantia. Ea est enim hominis conditio & natura, vt nouis rebus, noua edicta statuat. Iustini. in l. ij. §. sed quia. C. de vet. iur. enuc. Nam nulla lex nec Senatusconsultum prolatum in republica Romanorum videtur, ad omnia sufficiēter ab initio promulgatum; sed multa indigere correctione, vt ad nature varietatem & eius machinationes sufficiat. Iulian. in l. neque leges. & l. non possunt. ff. de legi. & sen. Quod præclarè legumplatores non iniuria obseruasse